



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Signa habitationis spiritus sancti sunt tria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

CHRISTIANA

cum dominus hospitij multum super
hoc rogat eum, sic spiritus sanctus
uenit ad eos qui sunt in oratione, &
desiderant aduentum suum. Sap. 6.

Sap. 6. Praeoccupat eos, qui se concupiscunt
Isa. ult. Tertia est humilitas. Isa. Super quem
requiescat spiritus meus, nisi super
humilem, &c. Quarta est unitas.

Vnde discipuli pariter erant congre-
gati in eodem loco, quando spiritum
sanctum acceperunt, sicut corporali-
ter, ita & spiritualiter, habentes cor-
unum & animam unam. Spiritus ho-
minis non uiuiscat membra corporis
nisi sint unita corpori, sic spiritus
sanctus in corpore ecclesie illos uiu-
scat qui habent unitatem, & concor-
diam. Quinta est auditus uerbi diui-
ni. Act. 11. Adhuc loquente Petro ceci-
dit spiritus super eos qui audierunt
uerbum Dei. Psal. Ignitum eloquium

Act. 11. Psal. 118 tuum uehementer. Vnde bonum est
omni tempore libenter audire uer-
bum Dei.

*Signa habitationis spiritus san-
cti sunt tria.*

Psal. 76. **P**rimum est consolationum hu-
ius mundi plena refutatio. Psal.
Renuit consolari anima mea.

INSTITVTO. 203

Et P. Augustinus. Qui biberit de flu- Augus.
vio paradisi , cuius gutta una maior
est Oceano, restat ut in eo sitis huius
mundi exticta sit . Secundum est in
tribulatione nulla murmuratio . Vasa
enim plena , percussa , non resonant.
Vnde sanctis cantatur . Non murmur
resonat , non quaerimonia , sed corde
tacito , mens bene conscientia , &c. Ter-
tium signum cognoscitur per exterio-
ra. Ecclesiasticus sapiens in uerbis Eccl.19
producit seipsum. Prou. In facie pru- Prou.17
dentis lucet sapientia.

Spiritus sanctus docet nos tria.

Primo , ueritatēm cognoscere.
Ioan. Cum uenerit spiritus ille Io. 16.
ueritatis docebit uos omnem ue-
ritatem . Secundo utiliter orare . Spi- Rom. 9
ritus postulat pro nobis gemitibus
inenarrabilibus. idest postularē facit,
uel docet nos quomodo debemus po-
stulare . Tertio carnales uoluptates
despicere . Gregorius Gustato spiri- Grego.
tu despit omnis caro. Bernard. Men- Bernar.
tem quam replet spiritus sanctus
replet in amaritudinem tempo-
ralium , & dulcedinem
eternorum monet .